Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

qui fuit vir ꝓpha potens in ope et sermone coram
deo et omi ꝓlo : et quomo eum tradiderit summi
sacerdotes et principes nri in dampnacionem mortis
et crucifixerit eum Nos aut sperabamus quia ipe re
demptur esset israel : Et nunc sup hec tercia dies e
hodie : quod hec facta sint Sed et mulieres quedam
ex nris terruerunt nos : que ante lucem fuerunt ad
monumentum : et no invento corpe eius venerunt di
centes se etiam visione angelorum vidisse : que dicit eu
vivere Et abierunt quidam ex nris ad monumentum :
et ita inveneruit sicut mulieres dixerunt : ipm vero
non inveneruit Et ipe dixit ad illos O stulti et tardi
corde ad credendum : in omnibus que locuti sunt ꝓphe
Nonne hec oportuit pati xpm et ita intrare in
gloriam suam Et incipiens a moyse et omnibus ꝓphis
interpretabat illis scripturas in omnibus que de ipo
erant Et appropinquaverit castello quo ibant : et ipe
se finxit longius ire Et coegerunt illum dicentes
mane nobiscum quo ad vespasit et inclinata e iam
dies Et intravit cum illis Et factum est dum recumbet
cum illis accepit panem et benedixit ac fregit et porri
gebat illis Et aperti sunt oculi eorum : et cognoverunt
eum Et ipe evanuit ex oculis eorum Et dixerunt ad
invicem Nonne cor nrm ardens erat in nobis du
loqueretur in via et aperiret nobis scripturas Et
surgentes eadem hora regressi sunt in hierlm : et in
venerunt congregatos undecim et eos qui cum ipis e
rant dicentes quia surrexit dns vere : et apparuit
symon Et ipi narrabant que gesta erant in via
et quomo cognoverunt eum in fractione panis

Officium

In diebus illis Surgens paulus : et iii l act apos
manu silencium indicens ait. Viri fres. filii generis
Abraham et dei qui in vobis timet deum : vobis ver
bum salutis hius missum est Habitant
enim et principes eius : ignorantes ihm et voces
ꝓphar que per omne sabbatum legunt iudicantes
impleverunt Et nullam causam mortis invenientes
in eo : petierunt a pilato ut interficerent eum Cumque
consummassent oma que de eo scripta erant : depone
tes eum de ligno posuerunt eum in monumento : deinde
vero suscitavit eum a mortuis Qui visus est per dies
multos his qui simul ascenderant cum eo de galylea
in hierlm : qui usque hue sunt testes eius ad plebem
Et nos vobis annuntiamus eam que ad pres nros rep
missio facta e : quo deus hanc impleuit filiis nris
resuscitans ihm xpm dominum nostrum

Sm lucam

In illo tempore Stetit ihus in medio discipulorum
suorum : et dixit eis Pax vobis Ego sum : nolite ti
mere Conturbati vero et conterriti existimabant se
spm videre Et dixit eis Quid turbati estis et cogi
tationes ascendunt in corda vra Videte manus
meas et pedes : quia ego ipe sum Palpate et
videte : et spus carnem et ossa non habet sicut
me videtis habere Et cum hoc dixisset ostendit eis
manus et pedes Adhuc autem illis non credentibus
et mirantibus pre gaudio dixit : Habetis hic aliquid
manducetur Et illi obtulerunt et partem piscis assi
et favum mellis Et cum manducasset coram eis : su
mens reliquias dedit eis. et dixit ad eos : hec sunt
verba que locuti sum ad vos cum adhuc essem vo
biscum quoniam necesse est impleri oma que scripta
sunt in lege moysi et ꝓphis et psalmis de me
Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas
: et dixit eis Quoniam sic scptum est. et sic oportebat
pati xpm. et resurgere a mortuis die tercia. et pe
dicari in nomine eius penitentiam et remissionem
peccatorum in omnes gentes

In vigilia Ascensionis ad Ephes

Fres Unicuique vrm data est gra : secun
dum mensuram donacionis xpi Propter quod dicit
Ascendens in altum captiuam duxit capti
uitatem dedit dona hominibus Quod autem ascendit :
quid est nisi quia et descendit primum in inferiores
partes terre Qui descendit : ipe est et qui ascendit
super omnes celos ut adimpleret oma Et ipe dedit
quosdam quidem apostolos. quosdam autem ꝓphetas. alios
autem evangelistas alios autem pastores et doctores
ad consummacionem sanctorum in opus ministerii in edi
ficacionem corporis xpi : donec occurramus omes in un
itatem fidei et agnicionis filii dei in virum perfectum
in mensuram etatis plenitudinis xpi

Iohanne

In illo tempore Sublevans ihs oculis in celum
dixit Pater : venit hora : clarifica filium tuum : ut
et filius tuus clarificet te. sicut dedisti ei potestatem
omis carnis : ut ome quod dedisti ei det eis vita
eternam Hec est autem vita eterna : ut cognoscant te solum
verum deum et quem misisti ihm xpm Et te clarifi
cavi super terram : opus consummavi quod dedisti mihi
ut faciam Et nunc clarifica me tu pater apud te
metipm : claritate quam habui prius quam mundus
esset apud te Manifestavi nomen tuum hominibus :
quos dedisti mihi de mundo Tui erant et mihi eos
dedisti : et sermonem tuum servaverunt Nunc cognoverunt
quia oma que dedisti mihi absta sunt : quia verba
que dedisti mihi dedi eis et ipi acceperunt et cogno
verunt vere. quia a te exivi et crediderunt quia tu me
misisti Ego pro eis rogo : non pro mundo rogo : sed pro his
quos dedisti mihi quia tui sunt Et oma mea tua sunt
et tua mea sunt et clarificatus sum in eis Et iam non
sum in mundo : et hi in mundo sunt et ego ad te venio

In die sancto Ascensionis